Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36492
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

cendam ad montem dni et ad domum dei iacob et docebit nos de uiis suis et ibimus
in semitis eius quia de syon egredietur lex et uerbum dni de hierlim. et iudicabit
inter populos multos et corripiet gentes fortes usque in longinquum. et concident gla
dios suos in uomeres et astas suas in ligones. Non sumet gens aduersus gentem
gladium et non discent ultra belligerare. et sedebit uir subtus uineam suam et subtus
ficum suam et non erit qui exterreat quia os dni exercituum locutum est. quia omnis populi ambu
labunt unusquisque in nomine dei sui. nos autem ambulabimus in nomine dni dei nri in eternum et ultra.
In illa die dicit dns congregabo claudicantem et eam quam eiecerat collig. et quam afflxerat.
et ponam claudicantem in reliquias et eam quam laborauerat in gentem robustam et regnabit
dns super eos in monte syon ex hoc nunc et usque in eternum. Septuagesima. et erit in
nouissimo dierum manifestus mons dni paratus super uertices montium et eleuabitur
super colles festinabunt ad eum populi et ibunt gentes multae et dicent. Venite ascen
damus in monte dni et domum dei iacob et ostendet nobis uias suas et ambulabimus in se
mitis eius quia de syon exiet lex et uerbum dni de hierlim. et iudicabit inter populos mul
tos et arguet gentes fortes usque in longinquum. et concident gladios suos in aratra.
et astas suas in falces et ultra non tollet gens contra gentem gladium. et nequaquam dis
cent belligerare. et requiescet unusquisque sub uite sua et unusquisque sub ficu sua et non
erit qui exterreat quia os dni omnipotentis locutum est. Quia omnis populi ibunt unusquisque in uia
sua nos autem ibimus in nomine dni dei nri in eternum et ultra. In die illa dicit dns congregabo
eam quae eiecta est et eiecta fuerat suscipiam et quos repulerat et ponam eam in reliquias et
repulsam in gentem fortem et regnabit dns super eos in monte syon ex hoc nunc et usque in sclm.
Quia principes iudeorum abhominati sunt iudicium et omnia recta peuerterant et edifica
uerunt sion in sanguinibus et hierlim in iniquitate non solum hoc fecerant uerum in mu
neribus quoque iudicauerant et sacerdotes hierlim in mercede responderant et prophete eius in pecunia diuinauerant et propter eos syon quasi ager aratus erat et hierlim in
tumulos lapidum corruerat et mons templi desolatus in excelsa siluarum. Idcirco
non derelicta domus eorum atque deserta quando filii dei egredientes de templo ant. Surgite
eamus hinc et relinquetur uobis domus uestra deserta. Angli quoque iosepho referente dic
erunt transeamus ex his sedibus. Mons syon mons dni eleuatus est de quo ad principem
tyrii dicit et uulneratus est a monte dni. Iste autem mons dni in nouissimo dierum ostensus
est quando appropinquauit regnum celorum. Sicut de in esum mutatione sclorum. in repentatione
peccati per hostiam suam saluator nr apparuit et xi. hora ad inducendos uenit
operarios. et completa illi passione iohs loquitur. Nouissima hora est. In sex milibus enim
annis si quingenti anni per horas diei singulas diuidantur nouissima hora est sequitur
dr tempus fidei gentium. et manifestus inquit erit mons dni paratus super uertice
montium. Manifestus erit quia ante fuerat occultus et preparatus non solum in montibus sed super
uertices montium moysen et prophetas quod de eo uaticinati sunt. Licet in omnia secta con